

Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

Lavanter Diözese.

Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

Inhalt: 87. Motu proprio Pii PP. X. de sententiis Pontificalis Consilii rei biblicae provehendae praepositi ac de censuris et poenis in eos qui praescripta adversus modernistarum errores neglexerint. — 88. Decretum Vicariatus Urbis, quo in Urbe proscribitur liber „Il programma dei modernisti“, eiusque auctores censura plectuntur. — 89. Decretum Urbis et orbis. — 90. Privilegium celebrandi in ecclesia S. Clementis Missam votivam de eodem Sancto vel de SS. Cyrillo et Methodio. — 91. Indulgentia plenaria tribuitur reno-

vantibus vota baptismalia in fine missionum vel exercitiorum spiritualium. — 92. Indulgentiae conceduntur adspicientibus sacram Hostiam et dicentibus „Dominus meus et Deus meus“. — 93. Archivdienst. — 94. Kompetenzbestimmungen bei Vermögenstransaktionen klösterlicher Korporationen. — 95. K. k. Landwehr-Seelsorgedienst. — 96. Errichtung einer politischen Expositur in Knittelfeld. — 97. XXVIII. Generalbericht der Österreichischen Gesellschaft vom Roten Kreuze. — 98. Literatur. — 99. Diözesan-Nachrichten.

87.

Sanctissimi Domini nostri Pii divina providentia Papae X. de sententiis Pontificalis Consilii rei biblicae provehendae praepositi ac de censuris et poenis in eos qui praescripta adversus modernistarum errores neglexerint Motu proprio.

Praestantiâ Scripturae Sacrae enarratâ, eiusque commendato studio, Litteris Encyclicis *Providentissimus Deus*, datis XIV Calendas decembres a. MDCCCLXXXIII, Leo XIII. Noster immortalis memoriae Deceptor, leges descripsit quibus Sacrorum Bibliorum studia ratione proba regerentur; Librisque divinis contra errores calumniasque Rationalistarum assertis, simul et ab opinionibus vindicavit falsae doctrinae, quae critica sublimior audit; quas quidem opiniones nihil esse aliud palam est, nisi *Rationalismi commenta*, quemadmodum sapientissime scribebat Pontifex, *e philologia et finitimis disciplinis detorta*.

Ingravescenti autem in dies periculo prospecturus, quod inconsultarum deviarumque sententiarum propagatione parabatur, Litteris Apostolicis *Vigilantiae studii*que *memores*, tertio Calendas novembres a. MDCCCII datis, Deceptor idem Noster Pontificale Consilium seu *Commissionem* de re Biblica condidit, aliquot doctrina et prudentia claros S. R. E. Cardinales complexam, quibus, Consultorum nomine, complures e sacro ordine adiecti sunt viri, e doctis scientiâ theologiae Bibliorumque Sacrorum delecti, natione varii, studiorum exegeticorum methodo atque opinionamentis dissimiles. Scilicet id commodum Pontifex, aptissimum studiis et aetati, animo spectabat, fieri in Consilio locum sententiis quibusvis libertate omnimoda proponendis, expendendis disceptandisque; neque ante, secundum eas Litteras, certa aliqua in sententia debere Purpuratos

Patres consistere, quam quum cognita prius et in utramque partem examinata rerum argumenta forent, nihilque esset posthabitu, quod posset clarissimo collocare in lumine verum: sincerumque propositarum de re Biblica quaestionum statum: hoc demum emenso cursu, debere sententias Pontifici Summo subiici probandas, ac deinde pervulgari.

Post diuturna rerum iudicia consultationesque diligentissimas, quaedam feliciter a Pontificio de re Biblica Consilio emissae sententiae sunt, provehendis germane biblicis studiis, iisdemque certa norma dirigendis perutiles. At vero minime deesse conspicimus qui, plus nimio ad opiniones methodosque proni perniciosis novitatibus affectas, studioque praeter modum abrepti falsae libertatis, quae sane est licentia intemperans, probatque se in doctrinis sacris equidem insidiosissimam maximorumque malorum contra fidei puritatem fecundam, non eo, quo par est, obsequio sententias eiusmodi, quamquam a Pontifice probatas, exceperint aut excipiant.

Quapropter declarandum illud praeciendumque videmus, quaemadmodum declaramus in praesens expresseque praecipimus, universos omnes conscientiae obstringi officio sententiis Pontificalis Consilii de re Biblica, ad doctrinam pertinentibus, sive quae adhuc sunt emissae sive quae posthac edentur, perinde ac Decretis Sacrarum Congregationum a Pontifice probatis, se subiiciendi; nec

posse notam tum detrectatae oboedientiae tum temeritatis devitare aut culpâ propterea vacare gravi quotquot verbis scriptisve sententias has tales impugnent; idque praeter scandalum, quo offendant, ceteraque quibus in causa esse coram Deo possint, aliis, ut plurimum, temere in his errateque pronunciatis.

Ad haec, audentiores quotidie spiritus complurium modernistarum repressuri, qui sophismatis artificiisque omne genus vim efficacitatemque nituntur adimere non Decreto solum *Lamentabili sane exitu*, quod V nonas Iulias anni vertentis S. R. et U. Inquisitio, Nobis iubentibus, edidit, verum etiam Litteris Encyclicis Nostris *Pascendi Dominici gregis*, datis die VIII. mensis Septembris istius eiusdem anni, Auctoritate Nostra Apostolica iteramus confirmamusque tum *Decretum* illud Congregationis Sacrae Supremae, tum *Litteras* eas Nostras *Encyclicas*, addita *excommunicationis* poena adversus contradictores; illudque declaramus ac decernimus, si quis, quod Deus avertat, eo audaciae progrediatur ut quamlibet e propositionibus, opinionibus doctrinisque in alterutro documento, quod supra diximus, improbatis tueatur, censurâ ipso facto plecti Capite *Docentes* Constitutionis *Apostolicae Sedis* irrogatâ, quae prima est in excommunicationibus latae sententiae Romano Pontifici simpliciter reservatis. Haec autem excommunicatio salvis poenis est intelligenda, in quas, qui contra memorata documenta quidpiam commiserint, possint, uti propagatores defensoresque haeresum, incurrere, si quando eorum propositiones, opiniones doctrinaeve haereticae sint, quod quidem de utriusque illius documenti

adversariis plus semel usuvenit, tum vero maxime quum modernistarum errores, id est *omnium haereseon collectum* propugnant.

His constitutis, Ordinariis dioecesium et Moderatoribus Religiosarum Consociationum denuo vehementerque commendamus, velint pervigiles in magistros esse, Seminariorum in primis; repertosque erroribus modernistarum imbutos, novarum nocentiumque rerum studiosos, aut minus ad praescripta Sedis Apostolicae, utcumque edita dociles, magisterio prorsus interdican: a sacris item ordinibus adolescentes excludant, qui vel minimum dubitationis iniciant doctrinas se consecrari damnatas novitatesque maleficas. Simul hortamur, observare studiose ne cessent libros aliaque scripta, nimium quidem percrebrescentia, quae opiniones proclivitatesque gerant tales, ut improbatis per Encyclicas Litteras Decretumque supra dicta consentiant: ea summovenda curent ex officinis librariis catholicis multoque magis e studiosae iuventutis Clerique manibus. Id si sollerter accuraverint, verae etiam solidaeque faverint institutioni mentium, in qua maxime debet sacrorum Praesulum sollicitudo versari.

Haec Nos universa rata et firma consistere auctoritate Nostra volumus et iubemus, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XVIII. mensis Novembris a. MDCCCXVII, Pontificatus Nostri quinto.

PIVS PP. X.

88.

Decretum Vicariatus Urbis, quo in Urbe proscribitur liber „Il programma dei modernisti“, eiusque auctores censura plectuntur.

Cum Nobis constet librum, qui inscribitur „*Il programma dei modernisti* — Risposta all' Enciclica di Pio X. *Pascendi Dominici gregis* — edito in Roma dalla Società internazionale scientifico-religiosa coi tipi di A. Friggeri — Via della Mercede 28, 29 in Roma“ in hac Urbe venum dari; cumque eius lectionem christifidelibus scandalo et detrimento esse vehementer putemus; eum, auctoritate Nostra ordinaria, proscribimus atque proscriptum declaramus.

Itaque nemini cuiuscumque gradus et conditionis Nostrae iurisdictioni subiecto eundem librum vendere aut legere vel retinere liceat sub culpa lethali.

Cum porro huius libri auctores et scriptores in adserta *Responsione* acriter tueantur systema, quod in Enciclica *Pascendi dominici gregis* — omnium haereseon con-

lectum — esse affirmatur; SS. Dominus Noster Pius PP. X. per hoc Decretum auctores et scriptores, ceterosque omnes, qui quoquomodo ad hunc librum conficiendum operam contulerunt, excommunicationis poena afficit, a qua Sibi soli absolutionem reservat. Addit SS. Dominus Noster, hoc Decretum valere perinde ac si traditum esset in manus uniuscuiusque ex dictis auctoribus et scriptoribus, qui si sint sacerdotes et actum Ordinis exerceant, in irregularitatem incurrant.

Nil autem satius esset, ait Sanctissimus, quam ut omnes Episcopi, in sua quisque dioecesi, hanc proscriptionem indicarent et censuram promulgarent.

Datum Romae, die 29. Octobris 1907.

Petrus Respighi, Card. Vicarius.

Franciscus Can. Faberi, Secretarius.

Decretum Urbis et orbis.

Immaculatae Mariae Virginis vulgatum nomen *de Lourdes*, e celeberrimis ipsius Deiparae apparitionibus quae prope Lapurdum, Tarbiensis Dioecesis oppidum, anno quarto a dogmatica definitione de Immaculato Conceptu eiusdem Virginis evenerunt, quum in dies magis magisque inclaruerit, simulque Fidelium pietas et cultus ob innumera exinde accepta beneficia, saepissime additis prodigiis, ubique terrarum mirifice adauctus sit; multi Romanae Ecclesiae Patres Purpurati, ac plurimi sacrorum Antistites et Praesules e cunctis orbis regionibus, praecunte Episcopo Tarbiensium, Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X. supplicia vota enixe porrexerunt rogantes, ut festum Apparitionis B. M. V. Immaculatae, vulgo *de Lourdes*, a fe. re. Leone XIII. petentibus tantummodo Ecclesiis et Religiosis Familiis concessum, ad universam Catholici Orbis Ecclesiam suprema Auctoritate Sua benigne extendere dignaretur.

Quare Sanctitas Sua, exceptis libentissime eiusmodi precibus, Praedecessorum suorum vestigiis inhaerens, qui Lapurdense Sanctuarium permultis attributis privilegiis cohonestarunt: innumeris quoque, peregrinationibus permotus, quae, mira sane Fidei professione, frequentissimo Fidelium turmarum concursu numquam intermisso ad memoratum Sanctuarium peraguntur: maxime vero pro Suamet erga Dei Genitricem primaeva labe expertem constanti pietate, ac spe fretus ob ampliorem Immaculatae Virginis cultum, rebus in arctis Christi Ecclesiae adauctum iri potens Ipsius opiferae auxilium; festum Apparitionis B. M. V. Immaculatae, quod a plurimis Dioecibus et Regularibus Familiis iamdiu celebratur, inde ab anno insequenti, qui a Deiparae Virginis ad Gavi Fluminis oram apparitionibus quinquagesimus erit, vel a nongentesimonono supra millesimum, in universali Ecclesia sub ritu

duplici maiori, cum Officio et Missa iamdiu approbata, undecima die Februarii quotannis recolendum iussit: servatis Rubricis et Decretis. Praesens vero Decretum per me infrascriptum Cardinalem Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum expediri mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 13. Novembris 1907.

Seraphinus Card. Cretoni,

S. R. C. Praefectus.

Diomedes Panici, Archiep. Laodicen.,
S. R. C. Secretarius.

Die 11. Februarii.

In festo Apparitionis B. M. V. Immaculatae duplex Maius.

Officium et Missa propria, a S. R. C. approbata, die 11. Iulii 1890, cum sequenti additione ad calcem VI. Lectionis: „Tandem Pius X. Pontifex Maximus, pro sua erga Deiparam pietate, ac plurimorum votis annuens sacrorum Antistitum, idem festum ad Ecclesiam universam extendit.“

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa X. referente me infrascripto Cardinali sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, suprascriptam additionem inserendam Officio proprio de Apparitione B. Mariae Virginis Immaculatae, benigne approbare dignatus est. Die 27. Novembris 1907.

Seraphinus Card. Cretoni,

S. R. C. Praefectus.

L. † S.

Diomedes Panici, Archiep. Laodicen.,
S. R. C. Secretarius.

NB. Für die Lavanter Diözese ist die Messe und das Officium Apparitionis B. M. V. Immaculatae über h. ä. Ersuchen vom 8. Mai 1895, S. 1318, bereits mit Dekret der hl. Ritencongregation ddo. 14. Mai 1895, Nr. 51, bewilligt worden.

Privilegium celebrandi in ecclesia S. Clementis Missam votivam de eodem Sancto vel de SS. Cyrillo et Methodio.

Quo cultus et fidelium pietas magis magisque foveatur erga inclytum Pontificem Clementem huius nominis primum, hodiernus Prior coenobii Ordinis Praedicatorum, quod ecclesiae titulo ipsius sancti Martyris continens est in alma Urbe, a Sanctissimo Domino nostro Pio Papa Decimo perpetuum privilegium humillimis precibus flagitavit, quo cuilibet sacerdoti Sacrum facturo ad altare maius ubi sancti Hieromartyris reliquiae summa religione asservantur, vel ad alterum in antiquissima crypta ibidem

erectum, Missam votivam de eodem sancto Clemente celebrare liceat, etsi Officium ritus duplicis occurrat. Insuper consonum respective privilegium expetivit pro altari, quod in ipsa ecclesia sancti Clementis superiore lapso saeculo in honorem sanctorum antistitum Cyrilli et Methodii dicatum est.

Sacra porro Rituum Congregatio, utendo facultatibus sibi specialiter ab eodem Sanctissimo Domino nostro tributis, attento commendationis officio reverendissimi Patris

Procuratoris Generalis Ordinis Praedicatorum, ita precibus benigne annuit, ut sacerdotibus tantum peregrinis vel fidelium pio peregrinantium more memoratam ecclesiam adeuntium quibus in enuntiatis altaribus Sacrum facturis respectivam Missam votivam de sancto Clemente primo, Papa martyre, vel de sanctis Cyrillo et Methodio Episcopis confessoribus fas sit celebrare; dummodo non occurrat

duplex primae vel secundae classis, aut festum de praeepto servandum, necnon feria, vigilia, vel octava, quae sint ex privilegiatis: servatis Rubricis.

Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 3. Maii 1907.

S. Card. **Cretoni**, Praefectus.

† **D. Panici**, Archiep. Laodicea., Secretarius.

91.

Indulgentia plenaria tribuitur renovantibus vota baptismalia in fine missionum vel exercitiorum spiritualium.

Beatissime Pater!

Fr. Ab. Henricus Desqueyroux, Procurator Generalis Ordinis Fratrum Praedicatorum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter exponit, quod in diversis locis Ordinis sui et etiam aliorum Ordinum et Congregationum Missionarii solent in finem missionum et exercitiorum spiritualium ad solemnem functionem fideles convocare, in qua sacrae promissiones in susceptione baptismatis emissae publice renovantur. Ut ergo christifideles his servandis promissis efficacius excitentur, praedictus orator Sanctitatem Vestram enixe implorat ut, quotiescumque huiusmodi renovatio publica et sollemnis in ecclesia peragitur, fideles huic coere moniae devote adstantes, qui vota baptismi per hanc formulam: *Abrenuntio Satanae, et omnibus pompis eius et omnibus operibus eius, et promitto me Christo fideliter adhaesurum*, aut per alia verba secundum

usum regionis, renovaverint, plenariam Indulgentiam, defunctis quoque applicabilem, lucrari valeant, dummodo confessi ad S. Synaxim accesserint et ad mentem Sanctitatis Vestrae pie oraverint.

Et Deus . . .

Sanctissimus in Audientia habita die 27. Februarii 1907, ab infrascripto Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, benigne annuit pro gratia iuxta preces. Praesenti in perpetuum valituro, absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 27. Februarii 1907.

L. † S.

S. Card. **Cretoni**, Praefectus.

† **D. Panici**, Archiep. Laodicea. Secretarius.

92.

Indulgentiae conceduntur adspicientibus sacram Hostiam et dicentibus „Dominus meus et Deus meus!“

Beatissime Pater!

Iosephus Recoder de Dorda Annesci, Congregationis Missionis sacerdos, ad S. V. pedes humillime provolutus enixe postulat, ut ad augendam fidelium devotionem et venerationem erga divinissimum Eucharistiae sacramentum concedere S. V. dignetur septem annos et septem quadragenas Indulgentiae omnibus et singulis christifidelibus, qui fide, pietate et amore sacratissimam Hostiam adspexerint, non solum cum in Missae Sacrificio elevatur, verum etiam cum solemniter exponitur; item ut Indulgentiam plenariam lucrari valeant semel in hebdomada quotquot talem piissimam praxim quotidie peregerint, et sacram

Communionem rite dispositi receperint, additis, in ipsa oculorum elevatione, verbis: *Dominus meus et Deus meus!*

Et Deus . . .

Iuxta preces in Domino.

Die 18. Maii 1907.

PIUS PP. X.

Praesentis Rescripti authenticum exemplar exhibitum fuit huic Secretariae S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae. In quorum fidem . . .

Datum Romae ex eadem Secretaria, die 12. Iunii 1907.

† **D. Panici**, Archiep. Laodicea., Secretarius.

93.

Archivdienst.

Die k. k. Statthalterei in Graz hat in Betreff der Anstellung von fachmännisch herangebildeten Kandidaten zum Dienste in Archiven, Bibliotheken und Museen, unterm 23. Sept. 1907, Zl. 1²⁶⁹⁸₁ 1907, Nachstehendes anher mitgeteilt:

„Das k. k. Ministerium für Kultus und Unterricht hat mit dem Erlaß vom 9. Juli l. J., Zl. 21.887, die Aufmerksamkeit der Statthalterei darauf gelenkt, daß im Institut für österreichische Geschichtsforschung an der Wiener Universität teils ordentliche, teils außerordentliche Mitglieder die Staatsprüfung ablegen, welche gemäß dem mit Erlaß des Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 21. Februar 1899, Zl. 4066, M.-B.-Bl. Nr. 6 (Beck-Relle, österr. Universitätsgesetze Nr. 328, Seite 395 ff), kundgemachten Statute für dieses Institut (§§ 7 und 8) die Befähigung des Kandidaten zum Dienste in Archiven, Bibliotheken und Museen

verbürgt und daß es im Interesse des Dienstes an den Archiven, Bibliotheken, Museen und verwandten Instituten gelegen sei, wenn bei Besetzung bestehender oder neu zu schaffender Dienststellen auf solche durch die Institutsprüfung fachmännisch herangebildete Kandidaten besondere Rücksicht genommen würde, eventuell wenn die für solche Dienststellen in Aussicht genommenen Kandidaten verhalten würden, den Institutskurs zu absolvieren und sich der Staatsprüfung (bezw. wenigstens der Ergänzungsprüfung für den Archivdienst) zu unterziehen.

Die Statthalterei beehrt sich, das hochwürdige fürstbischöfliche Ordinariat hievon in Kenntnis zu setzen.

Der k. k. Statthalter:

Clary m. p.“

94.

Kompetenzbestimmungen bei Vermögenstransaktionen klösterlicher Korporationen.

Die hochlöbliche k. k. Statthalterei hat unter dem 10. Oktober 1907, Z. 6²³⁸⁵₂ 07 anher nachstehendes mitgeteilt:

„Das k. k. Ministerium für Kultus und Unterricht hat mit dem Erlasse vom 19. August 1907 Z. 23.402 aus Anlaß eines konkreten Falles anher eröffnet, daß zur Genehmigung von Veräußerungen und Belastungen des Vermögens kirchlicher Korporationen, beziehungsweise zur Stellung bezüglich Anträge bei der Zentralstelle jene Landesstelle berufen erscheint, in deren Verwaltungsgebiet das Rechtsobjekt seinen Sitz hat, dessen Vermögen in Frage kommt, nachdem dieser Landesstelle überhaupt die Handhabung des staatl. Aufsichtsrechtes über die Gebahrung mit dem kirchlichen Vermögen zusteht.

Wenn in einem solchen Falle ein Vermögensobjekt zur Veräußerung gelangt, das in dem Verwaltungsgebiete einer anderen Landesstelle liegt, so wird die Letztere eventuell über die Sachlage und die Zweckmäßigkeit der beabsichtigten Transaktion einzuvernehmen sein.

Hievon beehrt sich die Statthalterei dem hochwürdigen fürstbischöflichen Ordinariate zur gefälligen Kenntnisnahme die Mitteilung zu machen.

Für den k. k. Statthalter:

Metolicky m. p.“

Die hochwürdigen Klostervorstehungen werden sich vorkommendenfalls darnach zu richten haben.

95.

k. k. Landwehr-Seelsorgedienst.

Im Kirchlichen Verordnungs-Blatte für die Lavanter Diözese erschien im Jahrgang 1902 unter Absatz 9 auf Seite 11—14 eine „Instruktion, betreffend die Zivil-Seelsorge in der k. k. Landwehr“, welche besagt, daß laut Dienstvorschrift für die Militär-Geistlichkeit vom Jahre 1887, II. Abschnitt, § 17, Seite 12 und 17, Num. 4, die Angehörigen der k. k. Landwehr (und der kónigl. ungar. Landwehr), die sich nicht in dem Mobilitätsverhältnisse befinden, der zivilgeistlichen Jurisdiktion und sonach der Zivilseelsorge unterstehen.

Demgemäß erschien auch im Jahre 1902 und erscheint nunmehr jedes Jahr im Anschlusse an das Diözesan-Fasten-

mandat die Fastenordnung, gültig für die k. k. Landwehr, welche das F. B. Ordinariat kraft der ihm vom Heil. Apostolischen Stuhle am 7. September 1900 erteilten Vollmacht erläßt.

Im Jahre 1906 wurden im Verordnungsblatt für die k. k. Landwehr Nr. 32 von 1906 „Organische Bestimmungen für den Seelsorgedienst in der k. k. Landwehr“ verlautbart, die auch im Kirchlichen Verordnungs-Blatte für die Lavanter Diözese (Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo), Jahrgang 1906, XI. Abt. 92, Seite 121—123, zum Abdrucke gelangten. Nach diesen Organischen Bestimmungen schienen die

bei der k. k. Landwehr zugeteilten aktiven Personen des k. u. k. Heeres der Jurisdiktion der k. u. k. Militärgeistlichkeit wieder anzugehören.

Nun kam unterm 6. November 1907, Zl. 6³⁴⁶¹₂ 1907, von der k. k. Statthalterei in Graz dem F. B. Ordinarate nachstehender Erlaß zu, der hiemit der hochw. Seelsorgegeistlichkeit vollinhaltlich zur Kenntnis gebracht wird:

„Das k. k. Ministerium für Kultus und Unterricht hat mit dem Erlasse vom 26. Oktober 1907, Z. 35.073 Nachstehendes anher mitgeteilt.

Mit Zuschrift vom 16. August 1907, Z. 3342, wurde vom k. k. Ministerium für Landesverteidigung die Zirkular-Verordnung des k. und k. Reichs-Kriegs-Ministeriums vom 15. Juli 1907, Präf. Nr. 4703 (Bdg. Bl. für das k. u. k. Heer — Normal-Verordnungen — 23. Stück vom 18. Juli 1907) nachstehenden Inhalts übermittelt.

Seine k. und k. Apostolische Majestät haben mit Allerhöchster Entschließung vom 21. Juni 1907 Folgendes allergnädigst anzuordnen geruht:

„Die der Landwehr der im Reichsrat vertretenen Königreiche und Länder, sowie der ungarischen Landwehr zugeteilten

aktiven Personen des Heeres sind auf die Dauer ihrer Zuteilung der militia stabilis zuzuweisen und somit von der militärgeistlichen Jurisdiktion ausgenommen.“

Hienach ist der § 17 des Dienstbuches A—16, c zu ergänzen.

Demzufolge ist auch der dritte Absatz im § 1 der Organischen Bestimmungen für den Seelsorgedienst in der k. k. Landwehr (A—1, h) enthalten im Verordnungsblatte für die k. k. Landwehr, Nr. 32 ex 1906 zu streichen und durch nachstehenden Text zu ersetzen:

„Die bei der k. k. Landwehr zugeteilten aktiven Personen des k. und k. Heeres unterstehen für die Dauer dieser Dienstzuteilung im Frieden gleichfalls der zivilgeistlichen Jurisdiktion.“

Hievon beehrt sich die k. k. Statthalterei dem hochwürdigsten fürstbischöflichen Lavanter-Ordinariat zum Zwecke der Berichtigung des mit dem h. ä. Schreiben vom 25. September 1906, Z. 2702 übermittelten Exemplares der „Organischen Bestimmungen für den Seelsorgedienst in der k. k. Landwehr“ die Mitteilung zu machen.

Für den k. k. Statthalter:

Metoliczka m. p.“

96.

Errichtung einer politischen Expositur in Knittelfeld.

Die k. k. Statthalterei in Graz hat unterm 17. Sept. 1907, Zl. 1²⁷²⁹₂₈ 1907, Nachstehendes anher zur Kenntnis gebracht:

„Der Herr Minister des Innern hat laut Erlasses vom 23. November 1906, Zl. 10.003 M. F., die Exponierung eines politischen Beamten nach Knittelfeld für das Gebiet des gleichnamigen Gerichtsbezirkes genehmigt.

Der exponierte politische Beamte wird seine Amtstätigkeit am 1. Oktober 1907 auf Grund einer demnächst im L.-G.- und B.-Bl. erscheinenden Amtsinstruktion beginnen.

Der k. k. Statthalter:

Clary m. p.“

97.

XXVIII. Generalbericht der Österreichischen Gesellschaft vom Roten Kreuze.

Das Bundespräsidium der unter Allerhöchstem Protektorate stehenden Österreichischen Gesellschaft vom Roten Kreuze hat soeben den 28. Generalbericht veröffentlicht und anher mit dem Ersuchen übersendet, gestatten und veranlassen zu wollen, daß derselbe im Diözesanblatte kurz besprochen werde.

Da der Bericht auch die Anerbietungen der hochwürdigen Geistlichkeit hinsichtlich patriotischer und humanitärer Mitwirkung an der freiwilligen Sanitätspflege während eines Krieges im Zeichen des Roten Kreuzes enthält, so dürfte die Kenntnis des gegenwärtigen Standes der Gesellschaft für den hochw. Seelsorgerkreis gewiß auch nicht ohne Interesse sein.

Seine k. und k. Apostolische Majestät haben mit Allerhöchster Entschließung vom 24. Juni 1906 die Wahl des

General-Oberstabsarztes Dr. Josef Ritter von Uriel an Stelle des rückgetretenen Generalstabsarztes Dr. Karl von Kraus zum I. Bundesvizepräsidenten der Gesellschaft allergnädigst zu bestätigen geruht.

Die Gesellschaft gliedert sich dormalen in die Bundesleitung und in 22 Landes- (Frauen-) Hilfsvereine, welche als Stammvereine fungieren und denen 435 Zweigvereine affiliiert sind.

Die Zahl der den Bundesvereinen angehörenden ordentlichen Mitglieder beträgt 50.804, welche im Sinne der Statuten der Gesellschaft gleichzeitig ordentliche Mitglieder derselben sind. Nebst diesen weisen die verbündeten Vereine noch 4848 unterstützende und 383 Ehrenmitglieder aus, so daß mit Hinzuk-

rechnung der 11 Ehrenmitglieder der Gesellschaft die Gesamtzahl der Mitglieder des Österreichischen Roten Kreuzes 56.046 beträgt. Unter den Mitgliedern befinden sich 7346 Gemeinden, darunter 989 aus Steiermark, welche den Vereinen korporativ als moralische Personen beigetreten sind. Statutenänderungen sind im Berichtsjahre nicht vorgekommen. Das Bruttoeinkommen der Gesellschaft betrug im Berichtsjahre 858.334 K., während sich die Gesamtausgaben auf 422.668 K. beliefen. Der Vermögensstand der Gesellschaft ist am Schlusse des Berichtjahres 11.782.940 K. Der Inventarwert der Magazinsvorräte der Bundesleitung und sämtlicher patriotischen Vereine beträgt 1.594.623 K.

Die Friedenstätigkeit der Gesellschaft, welche sich zusehends entwickelt, teilt sich in drei Gebiete: 1. Das eine Gebiet umfaßt die Tätigkeit der Österr. Gesellschaft vom Roten Kreuze selbst, und besteht namentlich in Hilfeleistungen bei Epidemien, bei welchen sie durch ihre Bundesvereine unterstützt wird. 2. Das zweite Gebiet dieser Tätigkeit, welche insbesondere von den Landes- und Frauen-Hilfsvereinen vom Roten Kreuze, jedoch stets nur unter dem Zeichen und im Namen des Roten Kreuzes durchgeführt wird, besteht in Schulen über erste Hilfe, Krankenpflege und Gesundheitslehre; in kleinen, eventuell auch größeren Pflegerinnenstättchen; im Krankentransport allein und im Krankentransport mit erster Hilfeleistung bei Unglücksfällen. 3. Außer diesen beiden hauptsächlichsten Tätigkeiten erkennen es die Hilfsvereine vom Roten Kreuze aber auch als ihre Aufgabe an: das Los der hilfsbedürftigen Invaliden, Militärwitwen und Waisen, dann der hilfsbedürftigen Familien der Mobilisierten nach Zulässigkeit der Mittel zu verbessern; bei außerordentlichen Notständen und Unglücksfällen im Frieden durch Einleitung von speziellen Sammlungen und durch Verwendung der hiezu disponiblen Kräfte eine organisierte Hilfe zu schaffen.

Die im Beginne des Jahres 1906 für Hrasnigg in Steiermark anlässlich einer dort aufgetretenen Typhus-Epidemie eingeleitete Hilfsaktion ist bereits im vorjährigen Berichte ausführlich besprochen worden. Die vier Baracken blieben bis 20. Juli 1907 aufgestellt und wurden sodann in ihre Depots

retourniert. Es kamen im Ganzen 86 Personen zur Behandlung, von welchen — soweit bekannt — drei mit Tod abgingen. Sowohl die Herren Ärzte als auch die frommen Pflegegeschwestern widmeten sich aufopferungsvoll den Kranken und fand deren Tätigkeit allseitig uneingeschränktes Lob.

Im Bereiche des Landes- und Frauen-Hilfsvereines für Steiermark wurden von der Rettungsstation Kroisbach bei Graz 24 Rettungsfahrten unternommen und in 42 Fällen erste Hilfe geleistet. Die zum Zweigverein Gröbming gehörige Rettungsstation in Stainach hat in 22 Fällen interveniert. Der Zweigverein Mz hat eine fahrbare, federnde Tragbahre und verschiedene Requisiten angeschafft. Der Rettungsstation in Gleichenberg wurden vom Stammvereine ein Rettungskasten und diverse Requisiten zugewiesen. Vom Zweigverein in Fürstfeld wurden aus dem Friedensfonds Invalide unterstützt. Ingleichen beteilte der Landes- und Frauen-Hilfsverein für Steiermark 439 Personen mit jährlich wiederkehrenden und 142 Personen mit zeitlichen Unterstützungen von 28.541 K 70 h. Im Ganzen sind im Jahre 1906 von den Bundesvereinen 49.541 K 30 h und von der Gesellschaft selbst 28.483 K, zusammen somit 78.024 K 30 h zu Unterstützungszwecken für Militär-Angehörige verwendet worden.

Im Geschäftsjahre 1906/7 ist das Organ der Gesellschaft „Das Rote Kreuz“ in acht Nummern, zusammen 196 Seiten stark erschienen. Die Bundesleitung bittet um die tüchtigste Verbreitung des Blattes und dankt allen bisherigen Förderern desselben.

Was endlich die Anerbietungen der freiwilligen Sanitätspflege zur Errichtung von Reserve- und Aushilfs-Spitälern, Rekonvaleszentenhäusern, dann zur Übernahme von Verwundeten und Kranken in bereits bestehende Zivilheilstätten betrifft, so sei erwähnt, daß für den Fall einer Mobilisierung im Jahre 1907 die Unterkunft für 500 Offiziere und 13.924 Mann, darunter seitens der hochwürdigen Geistlichkeit für 70 Offiziere und 1714 Mann, gesichert erscheint. Anerbietungen zur Übernahme in die Privatpflege sind von der hochw. Geistlichkeit für 247 Offiziere und 1392 Mannschaft erfolgt.

98.

Literatur.

1. Über Ersuchen der Felix Rauch'schen Buchhandlung und Buchdruckerei in Innsbruck vom 28. September 1907 wird hiemit den hochw. Seelsorgepriestern, insbesondere den Herren Katecheten, nachstehendes Büchlein zur Anschaffung und Weiterverbreitung empfohlen: „Jesus die süße Himmelspeise. Lehr- und Gebetbüchlein für Kinder der ersten heiligen Kommunion. Von P. Philibert Seeböck O. F. M.“ Der Preis des Büchleins beläuft sich je nach Verschiedenheit der Einbände auf 1 K, 1 K 30 h, 1 K 60 h und 2 K.

Die Bestimmung des Büchleins ist, wie es im Vorwort heißt, nicht nur den lieben Kleinen für den Tag der heiligen Erstkommunion eine große Freude zu bereiten, sie über die hohe Gnade und das Glück der göttlichen Liebe des Heilandes zu den unschuldigen Kinderseelen zu unterrichten, sondern auch für die folgenden Jugendjahre den heranwachsenden Knaben und Mädchen ein belehrendes Handbüchlein mitzugeben, welches, weil jung gewohnt, auch später die Herzen in der treuen Liebe zu Jesus zu erhalten geeignet sein sollte.

Daß der Verfasser diese Bestimmung im vorliegenden Gebetbüchlein glücklich erreicht hat, hiefür bürgt uns sein Name.

2. Die Fromme'sche Buchhandlung in Wien hat ein Werk unter dem Titel:

„Was soll der Klerus über Wertpapiere, Sparkassen, Banken und Börse wissen. Zusammen= gestellt von Dr. Alois Schmöger, Professor an der Theologischen Lehranstalt in St. Pölten, in Wien und Leipzig 1907“, auf 165 klein 4^o herausgegeben und uns zur Besprechung zugesandt. Dasselbe wurde von unserem Fachmann durchgesehen, und wird, als sehr instruktiv und kurzweilig geschrieben, dem hochwürdigen Klerus als Lesung für die langen Winterabende bestens empfohlen. Der Verwalter des Kirchenvermögens findet darin alles und noch mehr als ihm obiger Titel verspricht, insbesondere die klassischen lateinischen Ausdrücke für die darin behandelten Gegenstände. Der Verfasser zeigt seine riesige Belesenheit nicht bloß in den deutschen, sondern auch in den lateinischen Klassikern und kennt die Kniffe und Schliche der Börsianer, vor denen er sorgfältig zu warnen versteht. Ein genaues alphabetisches Inhaltsverzeichnis am Schluß des Buches macht dieses Werk besonders gut brauchbar. Priester, die mit Vorschußkassen zu tun haben, sollen es ja nicht versäumen, dieses Büchlein, das in Leinwand gebunden

nur 3 K kostet, durchzustudieren, bevor sie einen Kassaschlüssel in Verwahrung übernehmen.

3. Unter Hinweis auf das Kirchliche Verordnungs= Blatt für die Lavanter Diözese (Cerkveni zankaznik za Lavantinsko škofijo) vom 15. Juli 1907, VIII, Abf. 66 und vom 15. September 1907, X, Abf. 84, wird dem hochw. Seelsorgeklerus hiemit zur Kenntnis gebracht, daß von der 3. Auflage des P. Wolfgang Dannerbauer'schen Praktischen Geschäftsbuches für den Kuratklerus Österreichs nunmehr die Lieferungen 9—12 inclusive erschienen sind. Recht eingehend werden in den vorliegenden Hesten unter anderen behandelt die kanonischen und bürgerlichen Ehehindernisse (S. 391—450), die Ehestreitigkeiten und Ehescheidungen (S. 452—482), die Fahneneiweihung (S. 503—507), die Familienauskünfte (S. 509), die Fällionslegung behufs Konkurs-Ergänzung (S. 511), die Feilbietung und Lizitation (S. 512—516), die Feilbietung unbeweglicher Güter (S. 516 bis 517), die Feld- und Landkapellen (S. 519—522), das Firmungsbuch (S. 533—534), der Forstschutz und die Forstwirtschaft (S. 534—538), der Friedhof (S. 538—564), und das Gebührenäquivalent (S. 567 ff.). Es kann somit die Beschaffung dieses Geschäftsbuches den hochw. Seelsorgepriestern nur wieder bestens empfohlen werden.

99.

Diözesan-Nachrichten.

Ernannt wurden: Herr Johann Vreže, Religions-Professor an der k. k. Lehrerbildungsanstalt in Marburg zum Fürstbischöflichen geistlichen Räte; Titl. Herr Markus Tomazič, F. B. Geistl. Rat und Pfarrer in Drachenburg, zum Dechant des Dekanates Drachenburg und Titl. Herr Heinrich Verk, F. B. Geistl. Rat und Pfarrer in Bidein, zum Dechant des Dekanates Bidein; ferner zu wirklichen Professoren an der F. B. theologischen Diözesanlehranstalt in Marburg die Herren: Augustin Stogenšek, Doktor der Philosophie, provisorischer Professor des Kirchenrechtes, der Kirchengeschichte und Patrologie und Josef Holnjec, Doktor der Theologie, provisorischer Professor der speziellen Dogmatik; sodann zum definitiven Religionslehrer Herr Johann Markošek, suppl. Religionslehrer an der Volksschule I und Bürgerschule für Knaben in Marburg.

Inbestiert wurden: Titl. Herr Markus Tomazič, F. B. Geistl. Rat und Pfarrer in Peilstein, auf die Pfarre Maria Himmelfahrt in Drachenburg; Titl. Herr Heinrich Verk, F. B. Geistl. Rat und Pfarrer in Drachenburg, auf die Pfarre St. Ruprecht in Bidein und Herr Matthias Eferl, Kaplan in St. Margarethen unter Pettau, auf die Pfarre Ober-St. Kunigund.

Wiederangestellt wurde als Kaplan in Bidein der dortige Provisor Herr Max Vraber, Doctor Rom. in iure canonico.

Bestellt wurden: als Provisor in Peilstein der Kaplan dortselbst, Herr Josef Panič und als Provisor in St. Peter im Sanntale Herr Dr. Johann Jančič, II. Kaplan in Sachsenfeld.

Überfetzt wurden die Herren Kaplan: Anton Novak von St. Martin am Bachern nach Leskovec; Josef Erker von Altenmarkt nach St. Margarethen unter Pettau und Leopold Kolenc von Hörberg als Aushilfspriester nach St. Jakob in Sobot.

Neuange stellt wurden: als Kaplan in St. Martin am Bachern der absolvierte Theolog des IV. Jahrganges, Herr Johann Vedečnik und als I. Kaplan in Altenmarkt der Minoritenordenspriester P. Andreas Brdnik.

Resigniert hat Herr Josef Hosič auf die Pfarre St. Wolfgang bei Wiß in Ternovez.

Gestorben sind: Herr Sebastian Kováčec, penf. Pfarrer der Agramer Diözese, in St. Leonhard bei Großsonntag am 12. Oktober im 69., Herr Anton Rančigaj, Pfarrer in St. Peter im Sanntale, am 21. November im 50. und Herr Josef Horvat, Jubelpriester und penf. Pfarrer von St. Lorenzen bei Wißell, in Rann am 30. November im 78. Lebensjahre.

Unbesetzt sind geblieben der Kaplansposten in Peilstein und Hörberg.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 2. Dezember 1907.

† Michael,
Fürstbischof.